



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. II. Habe tibi res tuas. Duûm locorum Afranij apud Nonium correctio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

trapezita Plautini nomen esse, quem frustra alibi
 queras, si hunc quem reprehendi amiseris, Eadem
 Scena, Serui quæ cum.

*Vale sis ne forte ad merendam quopiam deuortis,
 Atque ibi meliusculè quàm sat fuerit biberis.*

Malim legere: *Atque ibi ne plusculè.* Mox:

Ita dico, ne ad alias adis perperam deueneris.

PH. Scio quæ me ire oportet & quò venerim: noni loco

Hæc ut alij explicent, non me fugit: sed verius enim
 mo perperam vulgari, corrigendum quæ esse:

Scio quò me ire oportet, & quò venerim noni loco.

Hoc uero, loquus; ut cocus coquus, secor sequor
 promiscuè scribebant: & *παρέρων* elegans est, sicut

istis: ubi loci, huc locorum, huc viciniæ. Terentius

Interea mulier quædam ab hinc triennium

Ex Andro emmigravit huc viciniæ.

Ita interpretis vetus, quem sequi quæ in Nonium

tò malo. Sic enim & Plautus Mercatore:

Vt isthuc est lepidum! proximè viciniæ

Habitat.

Probat emendarionem meam & hoc quod saluberrimum
 statim, quò venerit:

Philolaches hic habitat, cuius est pater Theopropides.

CAPVT II.

Habe tibi res tuas. Duum locorum Afranij apud

Nonium correctio.

VI M negotij nominibus eruditus offudit Nonium
 dum optimis scriptoribus admittendis mendacis
 segetem serit ita vberem, ut ei ne cum Theopropi-
 dem Hercules extirpandæ futurus videatur. Ita
 nos quoque non inutiliter laborasse,

LIBER PRIMVS.

Sperat quidem animus, quò eueniat diis in manu est.

In Vafer.

Incipit Diuortio. Qui coner noctu clanculum brusire do-
tem ne remittas vafer, honestè vt latites & nos lau-
das diutius.

Latricarunt hæc plerique, dum nodum in scirpo quæ-
rant: extricauit, quod sciam, hæctenus nemo. Lego:

— qui conere noctu clanculum

Reuere, dotem ne repromittas vafer:

Honestè vt latites, & nos ludas diutius.

Argumentum fabulæ ex titulo vidère est fuisse de dis-
solutione coniugum: in ea dos reddebatur vxori ius

Romano: id ex veteri formula notum, HABE TI-
BI RES TVAS: ad quam alludit Philippica II. Ci-
cero, illam suas sibi res habere iussit, ex duodecim tabulis:

res ademit, forasque exegit. Apuleius Milesiarum
libro: Tu quidem, inquit, tibi istud tam dirum facinus:

concessim tibi meo deuorte: tibi que habe res tuas. Porro
respondent, promittebant; ita respondent, re-

promittebant præsentem, ne itaque insimulatur ma-
gis, rus cogitare, ne dotem repromittat.

In Conicere.

Incipit Incendio. Seruus est mihi Nicasio sceleratus curiosus
cum filio ei conicere ad nescio quid de latriuncula.

Hæc in verbus repono, & emaculo, cumq. alio loco,
quem laudat idem Nonius in Concedere, ita cõparo:

— Seruus est mihi Nicasio

Sceleratus, curiosus; is cum filio

conicere hac nescio quid de latriuncula.

Atque eccum inedit, hoc procul concessero.

conicere est parat conicere, vt Terentio 'It visere.
libris fuisse videtur. Eit apud Nonios: quod postea lo-
corrumpendo fuit.